The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Liberalitas ac
cum fonte primo

Non nunquam magis nos obligat
qui dedit parua magnifice,
qui regum opes equauit animo,
qui exiguum tribuit sed libenter,
qui paupertatis sue oblitus est dum meam respicit,
qui occasionem qua prodesset
quesiuit.

Ibidem (Seneca libro I. de beneficiis).

Id autem falsum est;
non numquam enim magis nos obligat,
qui dedit parua magnifice,
qui “regum aequauit opes animo” (Vergil, *Georgics*, 4, 132),
qui exiguum tribuit sed libenter,
qui paupertatis suae est oblitus, dum meam respicit,
qui non uoluntatem tantum iuuandi habuit sed cupiditatem, qui accipere se putauit beneficium, cum daret, qui dedit tamquam numquam recepturus, recepit tamquam non dedisset,
qui occasionem, qua prodesset,
et occupauit et
quaesiit.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 1, 7, 1 (F. Préchac ed., vol.1, pp.13-14).